1572. Die 6. Aprilis

Ex Herald Paprocki

Exegi Stan. Zamoyskiego ...

Stanislao felicis filio de Zamoscie Viro integerrimo humanissimo liberalissimoque ac bello et pace clarissimo magis tamen artem militarem coluit orsus decimoseptimo aetatis anno, trigesimo quinto anno partem militavit partim Equitum turmas duxit, partim Imperium militare cum titulo Ducis copiarum Regiae administravit contra Valachos dum Chotinum obsideretur et iterum dum auctoritate Regia Alex: illis Palatinus imponeretur, Despotem in Valachiam tendentem tum cum ex castris ad Oppidum Pomeranos positis intempesta nocte fugere necesse habebat. Contra Livones dum in Sig: Augusti Regis bellum obviolatum legatum inferentis fidem ad Posuolium venire coacti sunt. Moschorum Principem cum Sigismundo Augusto de Livonia ac controversis Livoniae Moschoviaeque finibus armis contendentem. Contra Tartaros dum eorum excursiones ac praedationes in Russia arcere niteretur Rempublicam studio ac opera facultatibusque suis juvit. Tumultibus omnibus Tartaricis Suis amicorumque copiis admirabili celeritate absque ullo stipendio Regio coactis usus est invicti sui animi ac consilij vim in Neveliano cum Moschovitis praelio imprimis ostendit. Post Nevelianum praelium virtutis ergo Praefectura Betzensi donatus.

Pawłowski

donatus. Zamchanam reversus ab expedi:
tione Radosciviana obtinuit. Senatorium
ordinem aliquoties oblatum repudiavit
vix quinquagesimo primo ætatis anno le:
gi passus est, ita tamen ut neglecto etiam
tum Palatinatus gradu in Castellanatu Chet:
mensi mallet consistere. Vixit die sexta
Aprilis Anno Christi. 1572. Ætatis 53.
obiit.